



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod aliqua personarum aliam non excedit, magnitudine: quia non; est maior vna persona alia nec non maius aliquid duæ quam vna, nec tres quam duæ vel vna. C. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

& his similia quasi distinctè ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est Aug. Quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quod autem æternitate aliqua trium personarum alium non excedat, supra ostensum est, vbi coæternitas trium personarum insinuata est.

Hic de magnitudine, quod ea aliqua personarum aliam non excedit.

NUNC igitur superest ostendere, quod magnitudine vel potètia alius alium nō excedat, & prius de magnitudine videamus.

Quod est maior vna persona alia, nec maius aliquid dua quam vna, nec tres vel dua quam vna.

*Aug. ca. 10.
S. ult. l. 6. de
Trin. in fin.*

*Lib. 3. de or-
thodoxa fi-
de cap. 6.*

*Iuxta latinā
interpretationem.*

*Cap. 1. ad
mediū.*

SCIENDVM est ergo quia pater non est filio, nec pater vel filius maior spiritu sancto, nec maius aliquid duę personę simul sunt, quam vna, nec tres simul maius aliquid quam duę: nec maior est essentia in tribus quam in duabus, nec in duabus quę in vna: quia tota est in singulis. Vnde Ioā. Damasc. ait: Confitemur Deitatis naturam omnē perfectè esse in singula suarum hypostaseō, id est, personarum: omnē in patre, omnē in filio, omnem in Sp. sancto. Ideo perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus.

Quomodo dicitur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis.

Et inde est quod pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis. Vnde Aug. in lib. de fide ad Petrum: Propter vnitatem naturalem totus pater in filio & spiritu S. est, totus quoque spiritus sanctus in patre & filio est. Nullus horum extra quęlibet ipsorum est, propter diuinę naturę vnitatē. Ecce hic aperit aliquatenus: non enim plenè potest tātum